

Heinrich Rahn Nicolaus Puttkamer von

## **Disputatio Iuris-Publici De Nobilitate**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731658590>

Druck Freier  Zugang



DISPUTATIO JURIS-  
PUBLICI  
De  
NOBILITATE,

Quam

Aspirante J E H O V A

Consentiente Nobilissima & Amplissima Facul-  
tate Juridica in Academia ad Varnum sita

PRÆSIDE

RECTORE MAGNIFICO VIRO

Clarissimo & Consultissimo

Dn. HENRICO RHANEN,

J. U. Doct. & ibidem P. P.

RESPONDENS

NICOLAUS von Puttkamer/

Nob. Pomeran.

Publico Dd. examini subjicit in Auditorio majori  
ad diem 28. Julij, horis matutinis.



I. D. 189. 1/2

ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Academ. Typogr.


M DC XXXIIX.

24

1638

R. U. - Jur 1638 Rahn, Heinrich / c

DISPUTATION  
NOBILITATE  
ANNO DOMINI  
RECTOR MAG. NICOL. VON  
DR. H. R. VON ANB.



Rostock  
Typ. Nicol. v. Ansb. 1708  
MDCCLXVIII



# DISPUTATIO DE NOBILITATE,

## THESIS I.



Ariae extant sententiae Doctorum in derivando vocabulo nobilitatis: quilibet enim ferè alium fovet opinionem. Præ multis autem aliis nobis arridet illorum qui nobilem, quasi noscibilem, à noscendo dictum esse volunt. *Tiraquel. de Nobilit. cap. 2. n. 3. in princ.* quod propter eminentiam vel excellentiam illam, qua præditus esse debet præ aliis facilius cognosci debeat. *Reinhard. König in theat. polit. part. 1. cap. n. 220.*

2. Consequens est ut jam aliquid tradamus de æquivocatione, sive varia verbi nobilis significatione: cum secundum Logicos nihil definiri vel dividi debeat, antequam homonymia sit sublata, quæ alias semper errores & controversias gignit.

3. Vocem Nobilis tripliciter usurpari invenimus. 1. In generali significatione nobilis dicitur, cujus magna fama est: sive hominis, sive rei, sive loci illa sit: & fama illa accipiat vel in malam partem, ut nobile scortum, nobiles Cannas clade Romanâ: vel in bonam partem pro animi & corporis temperie, qua quis singulariter propendet ad virtutes magnas. *Limn. de Jur. publ. tom. 2. lib. 6. cap. 1. n. 5. & 6. Petrus Fritz. de Nobilitat. conclus. 1.*

4. 2. Nobiles dicuntur cum laude tantùm, qui suis virtutibus, scientiâ, industriâ eloquentiâ, re militari, Reipubl. gubernatione, suâ aut majorum dignitate, aut aliâ quavis excellentiâ non vulgari, & eâ quidem notâ & celebri alios obumbrant. *Tiraquel. de Nobilit. c. 2. n. 43. cum Aristot. 4. Polit. 3. & 4.*

A 2

5. 3. No

5. 3. Nobiles appellantur, qui in simplici nobilitatis consistunt nomine *Limn. d. l. n. 59.* quos hodiè germanicò idiomate nuncupamus, *Edelleute/Junker/vom Adel/Braurlacht in Epit. Jurisprud. publ. lib. 4. cap. 1. th. 7.*

6. His præmissis subjungimus descriptionem vel delineationem nobilitatis præcepto *Cicer l. 1. Offic.* obedientes, qui omnem, quæ à rectâ ratione de re aliquâ suscipitur institutio, à definitione proficisci debere monet, quò eo facilius intelligi possit, quid sit, de quò disputatio instituitur.

7. Describimus autem nobilitatem, quòd sit dignitas, quâ quis legit mè plebejâ conditione exemptus per gradus evehitur. *Petrus Fritz. de Nobilitat. concl. 3.*

8. Antequam ulterius in hæc materiam inquirimüs, duximus primùm videndum & perscrutandum originem nobilitatis, unde descendat. Communi ferè Doctorum schola comprobatum est, nobilitatem esse Juris civilis: quam sententiam probant argumentò *prinç. Instit. de Jure pers.* Ubi summa dicitur divisio hominum in liberos & servos, hæc ideo summa esse perhibetur divisio, quòd eâ Jure gentium homines distinguantur. Ergò, concludunt, non dantur Jure gentium Nobiles: alias summa divisio talis esse deberet, quæ homines in nobiles & ignobiles discerneret. *Matth. Steph. de Jusdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. memb. 2. n. 13. & 14. Fritz. d. l. concl. 3. lit. B.* Nos hæc & alias rationes Doctorum perpendentes. invenimus illas non concludere: ideoq; nobilitatem à Jure gentium esse introductam statuimus, quamvis certas nonnullas species per additionem Juris civilis, quò quisq; populus utitur, cœperit. Vid. *Limn tom. 2. lib. 6. cap. 1. n. 23. & 24.* qui contrarium sententium rationes refutat, & hæc suæ assertionis ratione adducit, quòd nulla gens tam barbãra reperiri detur, quæ non suos habeat nobiles. *d. l. n. 28.*

9. Visã jam denominatione, æquivocatione & definitione, annectimus divisiones. Discernuntur autem Nobiles in Antiquos s. hæreditarios & novos s. initiatos, qui primùm ob virtutes & bene merita sua hæc dignitate ab Imperatore, vel alio, cui hæc conferendi potestas est, condecorati & ornati sunt. *Gregor. Tholoz. de Republ. lib. 4. cap. 2. n. 4.*

10. Nobiles antiqui & hæreditarij subdividuntur inter genere & vir-

& virtute nobiles, & inter nobiles genere tantum, qui à parentum vel majorum virtute deficiunt, & sola illorum facta & ob hæc concessa insignia monstrant. *Rönig in Theat. Polit. part. 1. c. 1. n. 278. & 281.* Et hi dum genus jactant suum, aliena laudant, & non nisi præsumptione nobiles sunt. *arg. l. 31. §. 21. de adilitio edit. Tholoz. lib. 6. Syntag. Jur. univ. c. 4. n. 7.*

Cui vita labat, perit omnis illo  
Gentis honos.

ait Poeta, & *Platina de verâ nobilitate*. Jactare, inquit majorum res gestas, atria imaginibus distincta, porticus signis ac tabulis ornatas, superbas aedes; plus certè admirationis nunc habet, quam nobilitatis; neq; hæc nobis adjumento esse possunt, si illorum virtutes admittamus, quorum imagines verborum magnificentia collaudamus, immò si rectè intueri volumus, illa virtus huic ignaviae dedecori atq; turpitudini est. Talem enim nobilitatem irridens *Diogenes ille Cynicus*, malitia, dixit, & ignavia velamen esse. Hinc *Herodes Sophista* in Accusatore, qui de causa pauca, de generis sui claritate multa jactarat. Tu, inquit, nobilitatem habes in talis. Romani siquidem nobilitatis signum gerebant in calceis.

ii. Potius autem honorandos illos esse censemus, qui cum splendore sanguinis suâ virtute majorum imagines augent. *Tholoz. d. l. n. 2. in fin.* Secundum locum Jure optimò sibi vendicant ob proprias virtutes dignitate nobilitatis cohonestati, beneficio ejus, cui hæc conferendi potestas est. *Tholoz. ibid.*

iz. Ulterius Nobilitas distinguenda erit in Personalem & Hæreditariam. Personalis hæc est, quæ cum persona extinguitur, nec descendit ad posteros, ut Nobilitas Doctoralis. Hæreditaria est, quæ in Patris personâ incipere, in filiorum pubescere, in nepotum adolescere, & tandem in pronepotum personâ maturam atq; perfectam ætatem consequi dicitur. *Rönig cit. l. n. 275.* & hæc quò antiquior, eò quoq; major esse perhibetur. *Traquel. d. Nobilit. c. 19. n. 1.*

13. In nostro imperio nobiles alij sunt liberi Imperij Nobiles, qui immediatè imperio sunt subjecti, & appellatur die *streye Ritter schafte* welche ohne Mittel der Kayserslichen Majestät vntertworffen in *Recess. Imper. de anno 1555. §. vnd in solchem Friede* Alij, minus liberi, qui

sunt subditi & Landsassij aliorum Principum vel statuum Imperij  
Drautlacht d. lib. 4 c. 5. th. 8.

14. Liberi Imperij Nobiles in tres distinguuntur classes: in Franconicam Suevicam, & Rhenanam, Recess. Imper. de anno 1500. tit. Was man mit den Ritter-schafften zu Francken / Schwaben / vnd Rheinlanden handeln sol.

15. Ordine jam ad causas progredimur: Causa efficiens Nobilitatis vel est Ethica, vel Politica. *Limn. tom. 2. lib. 6 cap. 1. n. 19.*

16. Ethica omnem virtutis amantem nobilem facit, nullius alterius accedente operâ. Sic Ethicè nobilem dicere possum mercatorem, sartorem, sutorem, rusticum & vilissimum quemq; qui forsitan parcus, bonus paterfamilias, & in suo peragendò diligens est. *Matth. Steph. d. Jurisd. lib. 2. part. 1. c. 7. memb. 2. n. 27.*

17. Causa Efficiens Politica Civilis est. I. Imperator, à quò summa in Romano Imperio Politica potestas dependet. *Drautlacht cit. loc. th. n.* & in quo omnes dignitatum thesauri reconditi, qui ab eo, tanquam à fonte profluere censentur. *Gail. 1. Observ. 30. n. 21 Henr. Goden. Consil. 3. n. 23. & seq. Borch. de feud. c. 4 n. 12.* Hincipse nobilissimus meritò dicitur in *l. 3. de natal. resti.* II. Reges, & alij, superiores non recognoscentes de his enim idem dijudicandum, quod de Principe Romano, quia in suis sibi subjectis territoriis per similes Imperatori exiunt. *Tirag. d. cap. 3. n. 6. & 7. Fritz. d. l. concl. 5. & 6.* III. Si Imperatore vivente & ad gubernaculum sedente Rex Romanorum eligatur, & ille Jure proprio nobiles creare poterit. Recess. Imperij de anno 1548. §. *Wiewol auch in der Regierungs-Handlung / daß die Grafen vnd Herrn / so fürlich ihre dignität erlanget / solten in recognitionem præminentia, so sie von uns vns vnserm lieben Bruder dem Römischen Könige empfangen / etc*

18. Ex Imperatoris singulari concessione vel privilegio Nobiles creant. I. Rex Bohemix in omnibus provincijs & ditionibus, quibus præest & imperat. *Limn. d. l. n. 32.* II. Archiduces Austriae, non in toto Romano Imperio uti putat *Fritz. de Nobilit. concl. 8. Orto in dissert. de Jure publ. cap. 11. pag. mibi 339* Sed solum in suo Archiducatu & suis sibi subjectis sibi territoriis, ubi probat *Limn.* privilegio concessio- nis cujus verba recensat *cit. loc. n. 33.* III. Comites Palatini, qui ex concessione sive delegatione sibi factâ, donec vivunt, ejusmodi Jus, quod

quod ad Regalia & quidem etiam majora spectat, in multis habentur. Possunt enim creare Notarios, dare veniam ætatis, legitimare extra legitimum matrimonium natos, auctoritatem in adoptione, quæ fit per arrogationem, interponere, infantes & absentes emancipare, Nobiles, Doctores, Licentiatos, liberalium artium Magistros creare, laurea Poeticâ donare, famâ & honoribus restituere. Non tamen omnibus hæc concessa sunt, nec omnium horum jurium ipsis conceditur exercitiû, sed illorum dumtaxat, quorum mentio facta est in diplomatibus, quæ non solum à Cæsare, sed & à Pontifice interdum habent. *Sixtinus de Reg. l. 1. c. 4. n. 103. 104. & 105. Paurmeist. lib. 2 de Jurisd. c. 11. n. 192.*

IV. Collegia Doctorum in Academijs, quæ ex concessione creant Doctores & Licentiatos, qui verè nobiles sunt per *l. 7. C. de Postulat* Hinc Juri dicuntur illustres *l. 2. § 9. C. de Vet. Jur. Erucl.* Ulpianus vocatur nobilis *l. 2. in fine de excus. nobilissimus l. 4. in fine d. r.* Et Doctores in *auth. habita. C. ne fil. pro Patre* speciali dilectione dignatur Imperator. Præter hæc iisdem cum nobilibus gaudent privilegijs: usurpant insignia cum casside aperta: Vestes, & catenas aureas gestant uti nobiles. *Pölitien-Ordnungen de anno 1530. § 48. & 577. tit. von Doctoren junge Reichs Abschied de anno 1500. tit. von überflüssigkeit der Kleider vers. Item Bürger in Städten/ die nicht vom Adel/ Ritter oder Doctores sind/ sollen kein Gold/ Perlen/ Sammet/ Scharlach/ Seiden/ noch Ziblin oder Hermelin Futter tragen/ vers. seq. Item die vom Adel/ so sie noch Ritter oder Doctores sind/ sollen kein Goldt noch Perlen öffentlich tragen.* In Camerâ paribus cum nobilibus fruuntur stipendiis. *Ord. Cam. par. 1. c. 43.* Ratio horum privilegiorum peti potest ex *l. 14. C. de advoc. divers. Judicior.* Quæ quidem in specie de Juriis & Advocatis loquitur, sed tamen ipsa ratio ad alios etiam Doctores extendi poterit. *Jur. d. auth. habita. C. ne fil. pro Pat.* Horum tamen nobilitas tantum personalis est, nec in posteros derivatur, uti posuimus supra thesi 12.

19. Arduam hoc loco questionem moveri videmus à Doctoribus Juris publici: An Electores, Duces, Marchiones Germaniæ, alijq; Principes vel Status Imperij, quoad suum Electoratum, Principatum, Marchionatum &c. nobilitare possint; Affirmativam sententiam tuetur *Fritz. de Nobil. Concl. 7. lit. A* & multas rationes suæ assertionis adducit. Negativè tamen *Sixtin. d. Regalibus lib. 1. cap. 5. n. 123.* respon-



det, quod & *Limn. d. l. n. 44.* cum protestatione facit; cui assertioni & nos subscribimus, atq; distinguimus inter dignitatem & nobilitatem. Dignitatem quidem, quæ quamproximè ad nobilitatem accedit, ab his commemoratis conferri posse concedimus, nobilitatem autem non posse. *Limn. de Jure publ, tom. 2. lib. 6. c. 1. n. 46.* cum quædam de Regalibus Imperatori reservatis statibus Imperij peculiariter concedantur in *Aur. Bulla*, quæ singularis concessio esset inutilis, si etiam alia & omnia regalia Imperatori reservata ipsis competere. *Limn. cit. l. n. 42.*

20. Sequitur causa Materialis nobilitatis in vestiganda. Est autem illa homo idoneus & aptus: idoneitas hæc & aptitudo ex solâ virtute dependet. *Braudtsicht. d. l. th. 12.* Non enim qui nobilem vult creare, cœcâ quâdam licentiâ quemlibet album honorabit lapidem, sed potissimum eo debet respicere, ut merentibus virtutum præmia distribuat, secundum *l. 4. C. de statu & imaginib. l. 7. C. de Postul.* Nam honoris augmentum non ambitione, sed labore ad unumquemq; convenit devenire *l. 14. C. de re milit. l. 1. C. de off. mag. off.*

21. Hinc quæritur, qui solâ Principis gratiâ nobilitantur, vel pecuniâ nobilitatem emercantur, an veri nobiles efficiantur, & videtur hoc affirmandum, cum, qui disputet, quem Princeps elegit, an dignus sit, committat crimen sacrilegij *l. 3. C. de Crimine Sacrilegij. Steph. d. l. n. 17.* Rectè tamen hoc negatur à *Petro Fritz. conclus. 9 lit. A.* ex duplici ratione: (1) est: quia nobilitas non opinione sed virtute niti debet (2) Quia Princeps solâ gratiâ suâ non magis ex talibus nobiles, quàm ex stultis sapientes facere potest. Quemadmodum igitur non ex quovis ligno, ut habet proverbium, Mercurius fit, ita nec ex quovis homine formatur nobilis, sed ex eò tantum, qui virtuti deditus est. Quippe non esse, & non esse utilem seu idoneum, paria sunt. *l. 6. Qui sciend. cog. l. 1. §. 2. in fin. Quod cujusc. univers. nom. cap. 2. in med. vers. sicut juxta Ext. de Transl. Episp.*

22. Virtus autem quævis non sufficit, nec sat hæbilem nobilitandi materiam præbet, nisi ea sit illustrior, Reip. scilicet & vitæ communi vel politicæ utilis. *Matth Steph cit loc. n. 26.* Vix itaq; nobilitatem illis tribui posse putamus, qui sapientiæ studio dediti, se intra privatos continent parietes, cœtus & conversationes hominum relinquentes: cum nobilitatis dignitate illi condecorentur, quorum virtus patet &

Remp

Remp. universam complectitur. *Fritz. de Nobilit. Concluf. 9. lit. B.*  
Alioquin satis esset ad summam dignitatem animos nostros compo-  
nere.

23. Porrò virtutem illam, quæ meretur hunc sibi honorem con-  
ferri, facimus duplicem: Militarem & Togatam. Sub militari animi  
magnitudinem in justâ militiâ comprehendimus. Eam enim sem-  
per veteres Romani bonam famam magnamq; nobilitatem esse pu-  
tabant, si quisq; hostem ferire, murum ascendere, conspici dum tale,  
facinus faceret, properaret. *Salust. in bello Catil.* Atq; hac ratione Decij,  
L. Marius, Portiûs Cato, M. Marcellus, Maximinus Thrax, Iphicrates A-  
theniensis, & sexcenti alij humili locò nati nobilitati sunt. Magnam  
quippe est & nobilitate dignum, mortem pro Patriâ, pro salute & li-  
bertate civium, pro aris & focus contemnere, pericula honestè & for-  
titer subire. Hinc meritò, qui pro Rep. ceciderunt in perpetuum per-  
gloriam vivere intelliguntur §. 1. in fin. *Instit. de excus. tut.* Hinc a-  
pud Romanos tot equestres imagines, tot coronæ murales, castrenses  
civica, triumphales, tot virtutis insignia, tot laudis ornamenta vir-  
tuti militari fuerunt propòsita. Hinc quoq; tot insignia gentilitiâ, quæ ima-  
ginibus familiarum veterum successerunt, atq; rerum præclare gesta-  
rum signa sunt. Togatæ includimus Justitiam, Magnificentiam, Elo-  
quentiam, & Juris Civilis prudentiam, sine quibus hominum societas  
conservari nequit. *Fritz. dictâ concl. 9.*

24. Sed quid de illis sentiendum, quibus ob flagitia nobilitas cõ-  
fertur, Interdum enim fit, ut

Ille crucem sceleris pretium ferat, hic diadema.

Exemplum habemus Cneo Flav. quem populus Rom. Tribunum ple-  
bis, Senatorem & Ædilem curulem fecit, ob surreptum actionnum li-  
brum. *l. 2. §. 7. de Orig. Jur. Val. Max. lib. 1. c. 9.* Verùm nos eos nobi-  
les non fieri arbitramur. Si enim nobilitas virtutis est testimonium,  
quomodo scelerum præmium esse potest? Quale ergò marmor, talis  
Jovis statua existimanda, qui ob vitia consequitur decus nobile, ne cū  
nobilitas incitamentum ad res præclare gerendas esse debeat, crimini-  
bus ansam præbeat: quâ re nihil civili disciplinæ magis adversarium.  
*Siribald Ubald. de Nobilit. axiom. 10.*

25. Non possumus non attingere paucis hõc locò quæstionem il-

B

lam

lam: an etiam artibus mechanicis insignes hâc dignitate honorandi sint? cuius negativam defendere sententiam tutius videtur. *Vid. Limn. de Jure publ. tom. 2. lib. 6. cap. 1. n. 55.* Ubi factum Pontificiis Sixti Quintij, qui Dominicum, Fontanam, qui singulari industriâ obeliscum in Vaticano loco obscuro ac sordido ruinis pene obrutum, è sterquilinô erutum in aream Beati Petri loco conspectiore transfudit, equitem creavit, reprehendit, ex hâc ratione, quod hâc dignitas sit virtutum fortium insigne, qui vel militari vel togatâ virtute Reipublicæ salutari præsumt ac profunt. *König in theatr. polit. part. 1. cap. 1. n. 232.*

26. Cum, ut supra ostendimus, non virtus per se faciat, ut quis sit nobilis; sed necessariô quoq; actus ejus, qui potestatem nobiles creandi habet, accedat; quô scilicet hominem virtute præditum è plebejorum conditione eximat: *Jun. Tiraq. hic e. 4. n. 13. & seqq. Matth. Steph. de Jurisd. l. 2. p. 1. c. 7. memb. 2. n. 28.* ideoq; è re nostrâ esse arbitramur, nonnullâ de forma & modô creationis vel exemptionis annectere.

27. Exemptio autem illa sit dupliciter: vel Tacite, cum nihil interfit, an quis voluntatem suam declaret: suffragiô, an rebus & factis per l. 32. §. 1. in fin. ff. de Legib. vel Expresse. *Tiraquel. de Nobilitat. cap. 6. num. 9.*

28. Tacite & sine aliquâ expressa pronuntiatiône quis à principe aut aliô hujusmodi potestatem habente nobilitatur. I. Si quem lateri suo ad hæere sinat. l. unic. C. de Preposit. labor. lib. 12. l. 1. C. de domestic. & protect. lib. 12. l. fin. C. de Excusat. tutor vel Curator. II. Si aliquem tanquam Consiliarium in venerabilem sacri sui palatii coetû assumat. *Tiraquel d. c. 6. n. 21. Fritz. de Nobil. conclus. 13.* III. Si quis à Principe exercitui præficiatur, is satis nobilitari tacite videtur. Nam & hi apud Romanos nobiles existimabantur, & in maximo dignitatis gradu collocati: *vid. l. 2. C. de primicer. l. 2. C. de comit. rei milit. l. ult. C. ut dig. ord. serv. l. 8. & ult. C. de divers. off. N. 70. in pr. Tiraquel. de Nobilit. c. 8. n. 15.* Hinc Cic. in orat. pro Mur. scribit duas esse artes quæ locare possunt hominem in amplissimo dignitatis gradu earumq; alteram esse Imperatoris, qui erat ductor exercitus, seu Magister militiæ, sive præfectus copiarum. *Tiraquel. d. l. IV.* Sicuti Doctoratus vel Licentiatus honores ipse vel per alium, uti per Doctorum collegiû, vel Comitum Palatinum conferat. *Fritz. d. l. concl. 14.*

29. Hòc locò in dubium vocatur: An, qui ab Imperatore in constitutione velliteris, vel aliò modò appellatur nobilis efficiatur nobilis? & negatur hoc per *cap. Si Papa 10 de privil. in 6to à Tiraquel. c. 6 n. 24.*

30. Secundò locò quæri hic solet: An de feudo Nobili investitus nobilis fiat? & videtur hoc negandum esse, quod interdum quis ab Imperatore investitur de Ducatu aut Comitatu, nec tamen appellatur Dux aut Comes, sed tantùm possessor Ducatùs & Comitatus. *Ein Einhaber des Fürstenthumbs oder Graffschafft. Fritz. de Nobilitat. concl. 16.* Feuda namq; sine nobilitate dari posse, & nobilitatem sine feudis probat. *Vultej. 1. feud. 8. n. 9. & 10.* Verior tamen sententia est, quod Imperator vel Rex in suò Regno vel etiam alius, qui jus habet conferendæ nobilitatis, dum feuda Regalia vel etiam Nobilia concedit ignobili cuiuspiam, quem scit ipse esse ignobilem, illi eò ipsò nobilitatem concedere videatur. *arg. l. 57. ff. de Re Judicata & cap. unic. 2. feud. 10. Tiraqv. hic c. 7. n. 14. Gail. de arrest. Imper. c. 6. n. 9. 1. observ. 30. n. 4.* ubi adducit illustre exemplum Ecclesiasticorum Principum Germaniæ, quorum etsi nonnulli plebejo genere nati sint, per imperij tamè feuda ad fastigiù nobilitatis evehantur & Principes Comites, &c. fiant. Alias rusticus emens feudum nobile, non magis fit nobilis, quam emens domum consulis fit consul: aut emens navicularium, navicularius fit Res enim hominibus, non rebus homines accedunt. Et de ejusmodi emptore commodè illud Tullij proferri poterit: O domus antiqua, heu! quam dispari dominaris Domino. *Siribald Ubold. de nobil. axiom. 27.*

31. Expressè Nobilitas confertur, quando nobilitans verbis solennibus id est vel collatione diplomatum, vel lege suam voluntatem declarat. Prius fit, wann einem wegen seiner Thaten ein Wapenbrieff mitgetheilet wird. *l. 3. C. Ubi Senator. vel Clariss. civilit. vel crimin. conven.* Wann einer wegen seiner Tugenden zum Ritter geschlagen wird. *l. 2. C. de primic. & secundic. & Not. ar. lib. 12.* Posterius accidit. *l. 1.* Si quis ex genere procreetur nobili. Non enim ex eo tantum, quod sit ex genere nobili nobilis quis est, cum genus & nobilitas sint diversa, uti probat *Tiraquel. cap. 2. n. 47. & seqq. aliquot presertim n. 52. Fritz. de nnobilit. conclus. 17. lit. B.* sed quia ob eam originem Princeps illum suis legibus nobilitat. *Tiraquel. de Nobilit. cap. 6. n. 11. 2.* Si mulier

plebeia viro nobili nubat, uti probat. *Matth. Steph. de Jurisdic. lib. 2. part. 1. cap. 7. memb. 2. n. 43. ex l. ult. C. de Incolis l. 13. C. de dignitatib. lib. 12. jun. l. 8. ff. de Senatorib. l. 28. ibi. uxor marito c oncre scat & sentiat ejus fulgorem C. de Nupt. Et in tantum hoc verum est ut etiam à viro separata, vel morte, vel alio modo, usq; dum alij inferioris dignitatis non nubit, sed pudicè in viduitate permanet pro nobili habeatur, & iisdem privilegiis gaudeat, quæ marito propter nobilitatem competebant d. l. 8. in fin. ff. de senatorib. l. 22. §. 1. ad Municip. l. de Incol. quam tamen nobilitatem amittit, si iterum se cum plebejo conjugat tum enim familiam viri jam viventis sequitur d. l. Matth. Steph. d. l. n. 50.*

37. Jam ad causam finalem devenimus. Consistit autem finis nobilitatis (r) in eo ut dignitatum ordo servetur *Brauds lacht in epit. Jurisprnd. publ. lib. 4. cap. 15. st. 18.* Nihil enim majus aut melius Deum omnipotentem in condendo mundo præstitisse, quam quod permittas ac confusas rudis materiæ partes discrevit, certaq; ordine tuis quemq; in sedibus collocavit sapientum vetus & vera est opinio: qui ordo uti in omnibus rebus præsertim tamen in distinctione graduum est attendendus, ne confusio oriatur, quæ maximum parit in Republica malum & venenum ideoq; quam diligentissimè poterit, evitanda est. uti differit *Fritz. de Nobilit. conclus. 19. lit. A.*

32. (2) Finalis nobilitatis causa est, ut titulis honestetur dignitas, & virtuti debitum constituatur præmium l. 5. §. 3. ff. de Jure Immunit. l. 4. C. de stat. & Imag. Huc enim leges respicere, hoc omnibus bene constitutis nationibus propositum esse debet, ut homines magnarum rerum cupidos, quamvis sint sapenumero sua spontè ad juvandum Rempublicam incitati, gloriæ tamen cupiditate multò vehementius ad publicæ salutis studium inflamment referente *Fritz. de Nobilit. conclus. 19. lit. B. ex Petr. Bello de re milit. Tolle virtutis præmium & omne virtutis studium extingues Hinc Juven. 4. Satij. 3.*

Quis virtutem amplectetur ipsa

Præmia si tollas.

34. Hæc autem dignitas non promiscuè & multis erit conferenda, ne proverbij in Gallijs nati interpretatio, quam refert *Limn. de Jnr. publ. rom. 2. lib. 6. cap. 1. n. 54.* locum inveniatur: quod torques cōchy-

chyliatus postquam promiscuè communicari ceepit, non sit foris virorum insigne, sed omnium bestiarum collare.

35. Jam effectus & contraria nobilitatis restant videnda. Sunt autem effectus nobilitatis varij: & primus quidem est per continuam feriem in posteros propagatio. Nobilitatis enim, *verba sunt Sribald. Ubald. de Nobilitat. aziom. 28. & seqq.* tanta vis est, ut quamvis ejus sit propria, à quo promanat, egressa tamen mortalitatis fines non cum homine intereat, cujus est vita angustis finibus circumscripta, sed ad posteros transmittatur, & quidem ut ijs nisi sibi ipsis desint, facilem expeditamq; viam ad ingentia vitæ commoda & amplissimas dignitates patefaciat. Siquidem tale de nobilibus judicium est, talis spes, fore, ut liberi quemadmodum oris lineamenta referunt parentis etiam virtutem, in censi virtutis amore referant.

36. Hæreditario autem jure transit nobilitas non in accedentes *arg. l. 1. §. 1. ff. de Senatorib. Tiraquel. c. 26. n. 2.* neq; ad transver- sales. *Vid. Tiraquel. cap. 17.* sed in descendentes saltem utriusq; sexus. *l. 1. l. 11. C. de dignitatib. l. 5. de Senatorib.* quia præsumuntur liberè parentum virtutem imitari. *arg. l. 31. §. 21. de adilit. adit.* Sunt itaq; per propagationem nobiles, qui è parentibus nobilibus & patre & matre nobili nascuntur *Steph. de Jurudict. lib. 2. part. 1. cap. 7. memb. 2. n. 26.* Imo & à solo patre nobili ex plebeja quæ duxit procreati, nobiles fiunt, cum filij legitimi quoad originem honorem & dignitatem patris sequantur conditionem. *l. 19. ff. de stat. homin. l. 10. de Senatorib. Bocer. de Regalib. cap. 2. n. 14. & seqq.*

37. Dubium tamen non est quin illustrior sit illorum nobilitas, si matris quoq; nobilitas præclara accedat: cum duplici dignitate eò decoratum præferri ei qui alteram tantum habet tralatitium sit. *Tiraquel. hic. cap. 18. n. 26. & seq. aliquot. Rönig eit. loc. n. 279.*

38. Matris autem nobilitas quæ viro ignobili nupta est nihil prodest liberis, & ita quidem, ut nec insignia gentilitia matris gerere possint, cum patris familiam descendentes non matris sequantur. *l. 196. de Verb. signif. & mater ipsa mariti sequatur conditionem, & parentum dignitatem perdat. l. ult. C. de incol. l. 8. ff. de Senatorib. Steph. d. l. n. 50. & 51.*

39. Hæc quæri quoq; video. An liberis jam natis ante adeptam

nobilitatis dignitatem, parentis hæc nobilitas postmodum parta pro-  
sit, ita ut & illi nobilium privilegijis frui possint? Videtur dicend. m.  
quod non. *per l. 11. C. de dignit. lib. 12. C. l. fin. C. de Decurionib.* Con-  
trariam tamen sententiam receptam esse videmus, quæ probatur *per*  
*l. 9. §. 14. ff. de pœnis C. l. 5. ff. de Senatorib. l. 8. C. de advoc. divers. in-*  
*di cior. l. 2. C. de advocat. divers. Judic. Bocer. de Regalib. cap. 2. n. 9. C*  
*seqq.* Responsiones autem ad supra allegatos textus quæ contrarium  
innuere videntur Vid. apud *Tholozan de Republ. lib. 7. cap. 9. n. 8. C. 9.*

40. Non contra nobilitas à filijs parta transit ad ascendentes *l. 1.*  
*§. 1. ff. de Senatorib. Tiraquel. de Nobilit. cap. 16. n. 2.* ex nobilitate ta-  
men filiorum cohonestantur *Nov. 81. cap. 1. §. 1. Nov. 105. cap. 2. in*  
*princ. Tiraquel. d. l. n. 3. Steph. de Juridict. lib. 2. part. 2. cap. 7. memb.*  
*2. num. 24.*

41. Sed quoniam nobilitas sine virtute inane nomen est. m. mi-  
nerint successores nobilitatis, sibi legem quandam positam esse, ne ge-  
neris splendorem turpi vita obfuscuri sinant, sed ut sua continuent,  
virtute, majorumq; vestigijs insistant. In quibus enim egregiæ artes,  
virtutesq;, quibus est à majoribus parta nobilitas, non elucent, ij poti9  
fumosas imagines, quam veram nobilitatem habere dicuntur: & qui  
nobili loco nati sunt, ad eò tamen perversis moribus imbuti sunt, ut  
honestatis rationem nullam ducant, quiq; majorum merita, si modo  
maculâ illa affici possunt, inquinare student suis flagitijs, ij sponte sese  
in tenebras abdunt & familiæ dignitatem, quantum in ipsis est, obscu-  
rant, imò dignissimi, qui ex nobilium albo deleantur. *Siribald. Ubald.*  
*de Nobilit. axiom. 38. 39. C. 40.*

Etenim

Non tam decorum genere prognasci bono,  
Quam turpe avorum gloriam indecentibus  
Fœdare factis, obruisse ignavia

Et

Tota licet veteres exornent undiq; cera  
Atria; nobilitas sola est, atq; unica virtus.

42. Alij nobilitatis effectus ad privilegia referuntur, quibus nobi-  
les præ cæteris fruuntur. Privilegiorum verò illorum cum sit nume-  
rus amplius, & ita quidem, ut longum foret, imo & odiosum omnes  
copiosè & fusè huc congerere, ideoq; nonnulla saltem attingemus quâ  
brevissimè poterit, & in certas classes distinguemus cum *Limn.* qui il-  
la

la dicit consistere; partim in præsumptione, partim in honore, partim in immunitatibus, partim in poenarum temperamento. *tom. 2. lib. 6. c. 4. n. 21.*

43. Ad primâ classsem pertinent, quod generaliter pro Nobilibus major quam pro plebeis stet virtutum præsumptio *Virg. Pingir. quest. Sax. 17. n. 33. Limn. d. l. c. 4. n. 22* Unde ijs magis in testimonijs ferendis creditur. *l. 3. ff. de Testib. Tiraquel. de Nobilit. cap. 20. n. 33.* nisi nobilis pro actore, plebejus autem bonæ famæ pro reo testimonium ferat. *Tiraquel. d. l. n. 34.* Non autem solum in testimonijs ferendis, sed etiam generaliter horum verba præsumuntur esse vera *Tiraquel. d. l. n. 35. C. 36.* adeo ut eorum promissa habeantur pro factis *Limn. d. cap. 4. n. 27.* Fideliores esse censentur nec prodere hosti vel Principem, vel arcem traditam facile putantur *Limn. d. l. n. 29.* Quoniam frequenter incutijs versantur, præsumuntur esse Politici & scire arcana Imperij *Limn. d. l. n. 25.* item præsumuntur esse liberales *cap. prudentes. X. de donationib.*

44. Privilegia nobilium ad secundam classsem spectantia sunt, quod in officijs secularibus & beneficijs spiritualibus, quæ annexam dignitatem habent ignobilibus præferantur *Tiraquel. de Nobilit. cap. 20. n. 1. in princ.* Exempla sunt in collegijs canonicorum superioribus in den hohen Stifftern; Item in torneamentis in Turnier vñnd Ritterspielen in quæ nulli recipiuntur nisi qui ex materna quoq; linea per longam seriem de nobilitate sua docere possint *Vollbürtige Ritterscheure/die ihre ahnen mit Schilde vñd Helm beweisen können. Bocer. de Regalib. cap. 2. n. 17. König in theat. politic. part. 1. cap. 1. n. 317. C. seq.* Item quod in obeundis legationibus prærogativa gaudeant. *l. 4. §. 5. ff. de Legationibus Tiraquel. d. cap. 20. n. 43.* Insignia quoq; illis conceduntur à summi Principis autoritate tanquam exempla & incitamenta familiam à familiâ variè distinguentia. *Limn. tom. 2. lib. 6. cap. 6. n. 14.* & ostendentia alijsq; ob oculos ponentia ea, quæ fortiter & gloriose gesta sunt. Videmus enim inquit *Siribal. Ubal. de nobilit. axiom. 18.* alios castella quæ cœperunt, alios alia, quibus virtutis suæ memoriâ prodant gestare solere. In salutationibus & sessionibus præferantur *l. 2. C. de offic. divers. judic. l. 1. C. de offic. civil. judic. l. 2. C. Ut dignitatum ord. servet. l. 3. in fin. princ. ibi sedendæ quoq; C. ubi*



*C. Ubi Senat. vel Clariſſ. civ. vel crim. conv. Fritz. de Nobilit. concl. 23.*  
Nō teneantur ire pedes evocari ad testimonium ferendum, sed equo  
vehiculo uti possunt sumptibus producentis. *Tiraq. d. cap. 20. n. 77.*  
*Geil. 1. observ. 99. n. 4.* Injuria eis facta gravius punienda §. 7. *vers.*  
*nam secundum §. 9. vers. vel ex persona Inst. de iniuriis.* Majori solennitate eorum negotia pertractentur *arg. l. 1. C. de tutor. vel curat. illust.*  
Hinc dos major nobilibus ab uxore est constituenda: juxta viri enim dignitatem dos constitui debet *l. 60. l. 69. §. 4. C. de Jure dot. Tiraquel. d. cap. 20. n. 163.* Illorum funus majoribus expensis & solennibus est celebrandum *l. 12. §. 5. l. 14. §. 6. de Relig. & sumpt. funer. Fritz. de Nobilit. concl. 23.* Hinc quoq; solent in pompis funeralibus nobilium, imagines majorum quas nostri *Ahnen/Schildt vnd Helm* vocant, praeferi seu ostentari. Quod & apud veteres usitatum fuisse testatur *Tacit. 16. annal.* quando ait: Exequiæ à promiscuo secernunt funere nobiles. Hæc & plura alia (an tamen rectè omnia privilegij annumerentur, nolumus hic accuratè examinare) quæ ad hanc classem referri possunt *Vid. apud Tiraqv. & Limy. cit. loc.*

45. Hic quaestionem illam movere non à re nostra alienum esse putamus: An Magistratus Civitatis cujusdam, quæ superiorem recognoscit, possit tale statutum facere vel talem consuetudinem inducere, ne Nobiles debeant in Decuriones civitatis, sive in Senatum eligi, alijsq; muneribus publicis civitatum adhiberi? Et videtur primo intuitu hoc affirmandum, cum omnes populi licentiam habeant de his quæ negotia ipsius populi concernunt condendi statuta *per l. 9. ff. de Just. & Jur.* Sed negativam nobis placet tueri sententiam. Ratio est quia interest summæ Principi, interest toti Reipublicæ eligi homines idoneos & aptos in ordinem Decurionum. Item Reipublicæ interest illos honorari qui suis factis honorificis dignitatem nobilitatis sibi conferri meruerunt, non arceri à muneribus cum laude conjunctis. *Nov. 15. cap. 1. in princ. & cap. 6. §. 1. vers. si qua vero. in fin. l. 7. §. 2. ff. de Decurionib.* Et hoc adeò verum est, ut illi in quorum præjudicium tale statutum constituitur possint ab eo appellare *Steph. de Jurisdic. lib. 2. part. 2. cap. 2. n. 63.*

46. Ad tertiam classem privilegia referuntur, quæ immunitatem præstant, quale est illud, quod multarum nationum consuetudine ab onere

onere collectarum excusentur. *Petr. Tholozan. in Syntag. Jur. Univers. lib. 3. c. 8. n. 3. Heig. quest. jur. 18. n. 38.* Sed hæc consuetudo in nostro Imperio non obtinet. Ibi enim non modo nobiles mediata Imperio subjecti, sed & nobiles immediati die Ritter schafft in Francken Schwaben vnd Rheinlande/ welche ohne Mittel der Keyserlichen Majestät vnterworffen/ *R. J. de anno 1555. S. vnd in solchem Friede/ in partem onerum vocantur. J. de anno 1551. S. solche der Stände ibi Geistlich vnd Wellich/ exempt vnd nicht exempt, gefreyet vnd nicht gefreyet/ niemand außgenommen. de anno 1566. S. Die weil nun diese de anno 1594. S. Nach dem nun v S. Demnach sollen v. Fritz. de Nobil. conclus. 24. lit. C.* Hi tamen non ut ceteri status, qui aliquid certi conferre coguntur, quod ipsis indicitur, sed requiruntur à Cæsarea Majestate vmb eine mitleidentliche Hülffe ohne einigen gewissen anschlag/ *R. J. de anno 1500. S. Wir/ oder der so an vnser steet de anno 1557. S. Wir wollen auch de anno 1566. S. Wir wollen auch de anno 1576. S. Dann weiters wollen wir nicht.* Item quod à vectigalium præstatione excusentur non quidem Juris autoritate l. 7. C. de Vectigal. v. commiss sed ex antiquissima Germaniæ consuetudine Köppen decis. 61. n. 4. Waremund. ab Erenb. de fæd. cap. 4. de oner. sub n. 66. Limn. d. l. cap. 4. n. 53. quam tamen in pluribus locis evuluisse monet Lim. d. c. 4. n. 53. in fin. Quod in officiis civilibus personalibus plus oneris quam dignitatis annexū habentibus excusationem mereantur arg. l. 7. ff. de Vacat v. excusat. muner. ideoq; tutelæ munus publicum pupillorum ignobilium subire inviti non cogantur l. 17. §. 1. ff. de Excusat. l. 12. §. 1. de Vacat. v. excus. mun. nisi sit aliorum penuria. In hoc enim casu nobiles non debent esse immunes ab hoc & aliis officijs similibus *Tiraquel. de nobilit. cap. 37. n. 17.*

47. Quarta classi illa privilegia inferimus quæ in pænis temperandis consistunt. Regulariter enim mitius puniuntur nobiles quàm ignobiles in delictis quæ poenam corporalem important l. 2. ff. de term. mot. l. 6. in fin. princ. v. S. 2. ad L. Juli pecul. l. 28. S. fin. de poen. l. 4. C. de Summa Trin. cap. fin. X de pænis Feraq. cap. 20. n. 98. us. v. 125. König in theat. polit. part. 1. cap. 1. n. 326. v. seq. quod tamen non est perpetuum, sed fallit in iis delictis, quæ contra splendorem Nobilitatis alteriusve dignitatis commissa sunt l. 8. C. de Episc. v. Cler. l. unic. in fin. C.

C

de

*De conduct. & procurat. prad. ffe. lib. ii. l. 14. ff. de Pœnis l. 3. §. 10. de re milit. cap. cum quidem 12. X. de Jurejur. Gail. 2 observ. 110. n. 42. tum enim crimen nobilitate augeri dicitur d. l. 14. ff. de Pœnis. Tiraquel. de Nobilit. cap. 20. n. 116. & seqq. & ideo in prodicione quæ fortissimè nobilitati repugnat, proditorem, qui adeo suæ dignitatis oblitus fuit ut in illam incurrat non modo pœna ignobilium sed & graviori puniendum esse probat Tiraq. d. c. 20. n. 120. Idem etiam statuendum de nobilibus qui in crimen falsi vel in omne perfidiæ delictum incidunt, cum nihil turpius sit viro, nobili præsertim, quàm fidem frangere Tiraq. d. c. n. 121. & 122. Fritz. de Nobilit. conclus. 25. lit. A. Regulariter nobiles questionibus & torturis non subjiciendi n. C. de quest. l. 4. C. ad E. Jul. Majest. l. 10. C. de dignitat. & hæc ita obtinere & rata esse volunt Doctores, ut consuetudo in cõtrarium non valeat, ne, quisquam præter Imperatorem hæc juris privilegia imminuere possit. Wesemb. in parat. ad tit. ff. de quest. n. 10. quanquam contrarium se vidisse servatum asserat ibid. Flagellis non cedendi, nec in carceribus propter debitum civile, Tiraq. d. c. n. 142. nec adeo strictè in vinculis propter delicta ex quibus capi possunt, detinendi arg. l. 1. de custod. reor. l. ult. C. de accusat. Tiraquel. d. cap. 20. n. 20. & seqq. Gail. de pignorib. obser. 9. n. 4. nec damnandi ad triremes, nec ignominiosissima laquei pœna plectendi Tiraquel. d. c. 20. n. 110. sed potius decapitandi Tiraquel. d. l. n. 111. Fritz. d. l. conclus. 25. Hoc tamen in illis criminibus non obtinet quæ nobilitate augeri dicuntur, sed tum altioribus fureibus suspendendi sunt. ut tradit Tiraq. cit. cap. 20. n. 120. quod & in regno Franciæ observari dicit ibid. Plura privilegia Vid. apud Limn. tom. 2. lib. 6. cap. 4. Ubi & ipse privilegia nobilitatis in certas classes distinguit & ad Noldenum & Tiraquellum. qui hæc latè satis & fufè tractarunt, remittit.*

48. Privilegijs Nobilium an numerantur legitima Juris remedia, quibus se contra turbantes, diffamantes & injuriantes defendere possunt nobiles. Competit autem ipsis actio injuriarum & ex l. diffamarij. C. de ingenui manumiss. adversus injuriantem ad restitutionem honoris & pœnam privilegio insertam Gail. 1. observ. 10. n. 2. & Myns. observ. 81. n. 2. Non autem injuriarum tenetur, qui dicit sum ita nobilis ut tu es, vel: sum te nobilior: quia qui se nobiliorem dicit altero, is ei nobilitatem nequaquàm de trahit, sed potius attribuit, faceretq; eum quodq;

quoq; nobilem esse: comparativus enim suum positivum præsupponit ac includit *l. 75. §. 2. de v. obl. Fritz. concl. 26. lit. A.* Pro nobilitate vindicandâ etiam competunt actiones præjudiciales *arg. §. 12. inst. de Actionib. ibiq; Schneidvvin. n. 11. Oldendorp. class. 3. ad. 8. quest. 8. §. in tertio judicio.*

49. Quæstionis esse video: An etiam Nobili ad tuitionem sui juris contra turbantem ex interdicto, uti possidetis actio detur? & videtur negativè esse respondendum: quia in *l. 1. in princ. ff. uti possidetis* Prator ait: Uti eas ades: &c. inde concludi optimè posse videtur, hoc interdictum dari de rebus immobilibus. Ergo Nobilitas quæ est Jus quoddam incorporale hoc interdicto defendi non poterit. *Fritz. conclus. 26. lit. B.* Magis tamen affirmativa arridet sententia, pro qua stabilienda hæc duæ rationes nobis sufficiant. I. Est quod interdictum hoc Uti possidetis etiam in retinenda rerum incorporalium possessione non sit inutile *l. fin ff. Uti possidetis Wesemb. in paratit. ad. d. tit. Uti possidetis n. 3. in fin. l. 8. §. 5 in fin ff. si servit. vind.* II. Ratio nostræ assertionis est quod hoc interdictum contra turbantem seu illum, qui vim infert rectè intentatur *d. l. 1. in princ. ff. Uti possidetis.* Atqui qui nobilem esse negat, utiq; jus nobilitatis quod obscurare cogitat, turbat. (turbare quippe nihil aliud est, quam jus possessoris obscurum reddere, ut inquit Menoch. de retinend. poss. remed. 3. n. 399. ex gloss. in l. extat. Quod mex. caus.) atq; tum maximè quando ipso facto turbat delendo arma vel insignia concessa, vim infert. E. & meritò contra illum hoc interdictum locum habebit *Fritz. d. l. conclus. 26. lit. 50.* Remediis supra positus acturus necesse habet suam nobilitatem probare. Naturæ enim nobilitas non inest, sed adventitia quædam qualitas esse censetur, ideoq; nisi probetur non præsumitur *per l. 1. & l. 2. ff. de probat. & præsumpt. Tiraquel. h. n. 10. n. 13.* Probabit autem quis suam nobilitatem ostendendo, quod à Patre, Avo, &c. directò descendat, qui fuere nobiles & nihil tale quid perpetrarunt vel talibus exercitijs se associarunt, quæ derogant nobilitati (sed illa quæ sunt quæ Nobilitati adversari dicuntur *infra th. 53. & seqq.* paucis attingemus) Item per testes quis suam nobilitatem probabit & regulariter duos vel tres. Nam in ore duorum vel trium stat omne verbum *cap. 4. cap. licet 47. X. de Testib.* Ubi enim numerus testium non est expressus, duo sufficiunt *l. 12. de Testib.* Per

diploma ex quo evidenter constat nobilitatis concessionem esse factam: Sic etiam per præscriptionem immemorabilem, quæ vim privilegij & concessionis à Principe factæ habet *arg. l. 3. §. 4. de aq. quor. & aff. c. super. 26. vers. Præterea Extr. de V. sig. Gail. i. obs. 21. n. 15. Myns. 1. obs. 30. per eorum communem reputationem & opinionem diuturnam arg. l. 18. §. 3. in fin. de instr. vel instr. leg. a. per famam Mascard. de Prob. concl. 1094. n. 11. & actus majorum quasi possessorios. Fritz. de Nobilit. concl. 27. Actus autem Majorum quasi possessorij probantur, si quis docere potest suos prædecessores privilegiis nobilium usos esse, & ea quæ ad nobiles spectant gessisse, ut e. g. Si majores suos interfuisse torneamentis à quibus ignobiles arcantur *Liman. tom. 2. lib. 6. cap. 5.* vel illis præfuisse officijs, quæ nullum præter nobilem admittunt, probet. *Fritz. d. l. lit. K.* qualia sunt collegia Canonica superiora *König in theatr. polit. part. 1. c. 1. n. 317.**

51. Qui jam prædictis modis suam Nobilitatem probat, ille virtute possessionis, in qua reperitur, pro Nobili habendus & sententia pro eo ferenda, qua declaratur Nobilis *Fritz. cit. loc. conclus. 27. lit. D.* & hæc sententia omnibus ejusdem familiæ prodest per *Novell. 117. cap. 2. in fin. Tiraquel de Nobilit. cap. 37. n. 2. & n. 14.*

52. Sed non expeditum est, an è contrario, si quis in probationibus succumbat & ideo ignobilis pronuncietur; sententia toti familiæ noceat & præjudicet, uti antea in primo casu profuit toti familiæ *Tiraquel. d. c. 37* in affirmativam descendit sententiam. *Fritz. autem d. tract. de Nobilit. conclus. 27. lit. D.* negativam amplectitur æquitate motus & favore nobilitatis *l. 1. C. de Liberal. causa & Johan. Faber in §. præjudiciales 13. inst. de Actionibus.*

53. Jam ultimum tradenda restant contraria Nobilitati, quibus nimirum modis amittatur, vel quibus exercitijs illi derogetur. Amittitur autem nobilitas per infamiam vitæq; turpitudinem *l. 2. C. de dignitat.* Ut in criminalibus ob commissum perjurium *l. 17. C. de dignitatib.* item per prodicionem, ob quam graviori quoq; supplicio puniendi sunt, quàm privati, ut supra *th. 47. ex Tiraquel. de Nobilit. cap. 20. n. 120.* probavimus, per furtum *arg. l. 1. Quando liceat unicuiq; sine Jud. se vindic. per crimen læsæ Majestatis. l. 24. ff. de panis & l. 5. in princ. & §. 1. ad C. L. Julianam Majest.* II. Nobilitas exercitio vilis artificij amittitur per

*per l. 6. C. de dignitatib. III Si mulier nobilis viro ignobili nubat, tum enim parentum dignitatem perdit l. 13. C. de dignit. l. 8. ff. de Senator. l. ul. C. de incol l. 3. l. 7. C. de murileg. & gynæciar. lib. 11. Tiraq. c. 18. n. 16. & seqq. duob. Steph. de Jurisdic. l. 2. part. 1. cap. 7. memb. 2. n. 50.*

54. Prædictis modis Pater si Nobilitatem amittit, liberis præjudicat, si illam nobilitatem primus acquisivit pater. *Fritz. de Nobilit. concl. 31* quia quam amisit nobilitatem amplius non habet, ideoq; eam nec dare nec transmittere potest. *arg. l. 20. ff. de acquirend. rer. domin.* Fallit tamen si Nobilitas à Principe data sit Parenti & posteris ejus, tum enim patris factum liberorum Nobilitati, quam à Principis liberalitate habent, non præjudicat. *Tiraq. de Nobil. cap. 35 n. 5. Quid a. dicendum erit, si non ipse pater acquisierit, sed à genere accepit? tunc etiam si se indignum reddat Pater nobilitati, & ita eam amittat, tamen filij nobilitatem non perdunt; quia majores eam illis dedisse censentur per l. eum qui. 3. ff. de interd. & Relegat. & deport. Fritz. d. concl. 31.*

55. Hic à multis & fere ab omnibus quæstio movetur: An mercatura Nobilitati deroget? Nonnulli in affirmativam nonnulli in negativam descendunt sententiam. Qui affirmativam sequuntur adducunt pro suâ sententiâ l. 3. C. de commerc. & Mercatorib. l. 6. C. de dignitatib. l. 12. §. 3. C. de cohortat. Princ. cornicul. ac primipil. *Tiraq. c. 33. n. 1. & aliquot seqq. in primis n. 20.* Quibus negativa aridet, in his suæ assertionis ponunt fundamentum, quod nihil humanis in rebus sit conducibilius, quam mercatura, quæ omnia ad victum, ad cultum, ad præsidium, ad delicias deniq; vitæ pertinentia comportat, quæ plurimum pollet comparandis Regum amicitijs ac barbarorum gentibus conciliandis, rerumq; peritiam excellentem affert, uti differit *Tiraq. c. 33. n. 13. & seqq. Limn. d. l. c. 6. n. 75.* Item quod Nobilibus in plerisq; Germaniæ locis nonnunquam investiturâ vel privilegio concedatur *Bramhaus/Item Malshaus/Schenckstade/Schenckrecht/* quibus si utuntur cerevisiam coquendo & dividendo nullam suæ nobilitati accersunt maculam *Limn. d. l. n. 79.* Nos distinguimus cum *Siribald. Ubal. de nob. axiom. 52.* inter mercaturam splendidam amplam & omnium rerum affluentia copiosam, & inter tenuem vel negotiationem vilem & ultimam. Hæc sordida semper putanda est; illa vero non vituperanda *Rönig cit. loc. c. 1. n. 311.* Concedimus autem quod genera-

Inter sit interdita Nobilibus mercatura. sed hoc non eam ob causam  
quasi derogat Nobilitati: Verum ex ratione l. 3. C. de Commerc. & Mer-  
catorib. Ne opibus & potentia sua Nobiles Commerciorum totam u-  
tilitatem ad se trahant, & ita plebei & infirmiores negotiatores oppri-  
mantur. Sed ubiq; illa prohibitio non obtinet in multis enim regio-  
nibus inolevit, quod Nobilibus uti privatis liceat mercaturam exerce-  
re: quemadmodum apud Lusitanos, Italos, Venetos, Genuenses, Flo-  
rentinos & Anglos videre est *Rönigcit l. n. 308*

56. Coronidis loco quaero: An, qui famam virtutis egregie conse-  
cutus, vel ob res insigniter gestas nuper nobilitatus est, nobili antiqui  
quidem generis at ignavo & flagitioso praefendus sit? Resp. omni-  
no praefendum esse. Ad quod non parum facit elegans Oratio Ma-  
rii apud *Salust. in bell. Jugurib.* ex qua liceat mihi haec adscribere. Com-  
parate, inquit, Quirites, me hominem novum cum illorum superbia,  
quae illi audire & legere solent (nempe majorum acta, & Graecorum  
militaria praepcepta, de his enim paulo ante locutus est) eorum p. rtem  
vidi, alia egomet gessi: quae illi literis, ea ego didici militando. Nunc  
vos existimate, facta an dicta pluris sint. Contemnunt novitatem,  
meam, ego illorum ignaviam; mihi fortuna, illis probra objectantur.  
Et post pauca, quod si jure me despiciunt, faciant idem majoribus  
suis, quibus uti mihi, ex virtute nobilitas coepit. Invident honori meo:  
ergo invideant labori & innocentia, periculis etiam meis, quoniam  
per haec illum cepi &c. Item cum apud vos, aut in senatu verba faciunt,  
pleraq; orationa majores suos extollunt, eorum fortia facta memo-  
rando clariores sese putant: quod contra est. Nam quanto vita illo-  
rum praeclearior, tanto horum socordia flagitiosior. Et profecto ita  
se res habet: Maiorum gloria posteris quasi lumen est: neq; bona eo-  
rum neq; mala in occulto patitur. Hujusce rei ego inopiam patior  
Quirites. Verum id, quod multo praeclearius est, meamet facta mihi  
dicere licet. Nunc videte quam iniqui sint. Quod ex aliena virtute  
sibi arroganti, id mihi ex mea non concedunt: scilicet quia imagines  
non habeo, & quia mihi nova nobilitas est: quam certe peperisse, quam  
acceptam corrupisse melius est. Et paulo post: Non possum fidei cau-  
sa imagines neq; triumphos, aut consulatus majorum meorum osten-  
tare. at si res postulat, hastas, vexillum, phaleras, alia militaria dona,  
Frater

præterea cicatrices ad verso corpore. Hæ sunt meæ imagines, hæc meæ nobilitas non hæreditate relicta, ut illa illis, sed quæ ego plurimis meis laboribus & periculis quæsiui. Non sunt copiosa verba mea, parvi id facio: ipsa virtus se satis ostendit. Illis artificio opus est, ut turpia facta oratione tegant. *Et iterum post pauca*; doctus sum hostem ferire, præsidia agitare, nihil metuere, nisi turpem famam; hyemem & æstatem juxta pati, humi requiescere, eodem tempore inopiam & laborem tolerare. *Et paucis interjectis*: Hæc atq; alia majores vestri faciendos, seq. & Remp. celebravere. Quæ nobilitas freta, ipsa dissimilis moribus, nos illorū æmulos contemnit, & omnes honores, non ex merito, sed quasi debitos à vobis repetit. Cæterum homines superbissimi proculerant. Majores eorum omnia, quæ licebat illis, reliquere, divitias, imagines, memoriam sui præclaram: virtutem non reliquere, neq; poterant: Ea sola neq; datur dono, neq; accipitur. Sordidum me, & incultis moribus ajunt, quia parum seite convivium exorno, neq; histrionem ullum, neq; pluris pretij coquum, quam villicum habeo, quæ mihi libet confiteri, Quirites. Nam & ex parente meo, & ex alijs sanctis Viris ita accepi: munditias mulieribus, viris laborem convenire: omnibusq; bonis oportere plus gloria, quam divitiarum esse: arma, non suppellectilem, decori esse. Quin ergo, quod juvat, quod charum æstiment, id semper faciant, ament, potent: ubi adolescentiam habuere, ubi senectutem agant, in convitijs, dedi: i ventri, & turpissima parti corporis: sudorem, pulverem, & alia talia relinquunt nobis, quibus illa epulis jucundiora sunt. Verum non est ita. Nam ubi se omnibus flagitijs decoravere turpissimi viri, bonorum præmia ereptum eunt. Ita injustissimè luxuria, & ignavia pessimæ artes illis, qui coluere eas, nihil efficiunt Reip. innoxia cladi sunt.

Et tantum de materia hac satis ampla attulisse nobis  
sufficiat.

**SOLI DEO GLORIA.**



**V**erè Nobilitas vera est atq̄, unica, virtus.  
Innumeris atavis millibus una prior.  
Hanc te sectari testaris thesibus hisce  
Quæ promunt vera Nobilitatis opes.  
Sis virtute micas; Generis splendore coruscas,  
Idq̄, diu præstes, faxit Jova, precor!  
Est vetus, & verum verbum dat census honores;  
Attamen ignavis nulla corona datur.  
Certandum est ideò, Musis, Phœboq̄, favente,  
Hocce bravea modo qui capit ille sapit,  
Tu sapis; ergo capis: sapientia laudis honores  
Confert, atq̄, tua Nobilitatis honos.

Ita Nobiliss. Dn. Respond. Sympatriotæ co-  
lendo fausti ominus causa aggratulab,

M. JOHANN. MICHAELIS,  
Stralsund. Pom..



præterea cicatrices aduerso corpore. Et  
nobilitas non hæreditate relicta, ut illa  
laboribus & periculis quæsiui. Non si  
facio: ipsa virtus se satis ostendit. Illis a  
oratione tegant. *Et iterum post pauca*  
præsidia agitare, nihil metuere, uisi turpi-  
tem iuxta pati, humi requiescere, eode-  
rem tolerare. *Et paucis interjectis:* Hæc  
do, seq. & Remp. celebrare. Quæ  
moribus, nos illorū æmulos contemnit  
rito, sed quæsi debitos à vobis reperit.  
mi procul erant. Majores eorum om-  
diuitias, imagines, memoriam sui præ-  
neq; poterant: Ea sola neq; datur donec  
me, & incultis moribus ajunt, quia pa-  
neq; histrionem utrum, neq; pluris preti-  
beo, quæ mihi libet confiteri, Quirites.  
ex alijs sanctis Viris ita accepi: munditia  
conuenire: omnibusq; bonis oportere  
esse: arma, non suppellectilem, decori  
quod charum æstimant, id semper faci-  
scientiam habuere, ubi senectutem agant  
turpissimæ parti corporis: sudorem, pul-  
nobis, quibus illa epulis iucundiora sunt  
ubi se omnibus flagitijs decorare tur-  
ereptum eunt. Ita injustissimè luxuriam  
qui coluere eas, nihil efficiunt Reip. int

Et tantum de materia hac satis  
sufficiat.

SOLI DEO

imagines, hæc mea  
o plurimis meis  
ea mea, parui id  
ut turpia facta  
hostem ferire,  
mem & æsta-  
opiam & labo-  
res vestri facien-  
i, ipsa dissimilis  
ores, non ex me.  
ines superbissi-  
illis, reliquere,  
non reliquere,  
r. Sordidum  
vium exorno,  
m villicum ha-  
arente meo, &  
viris laborem  
am diuitiarum  
o, quod iuar  
tent: ubi adole-  
ledi ventri, &  
lia relinquane  
on est ita. Nam  
norum præmia  
ssimæ artes illis,  
t.  
e nobis

